UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita & Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteæ Comitis, Breviarivm

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Virtutis tirocinia. 5

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

Visual Library

gere, ſine arbitro nequibat.

V. Virtutis ieiunia.

AB vltima confeſtim pueritia, feriò cum animo ſuo ſtatuit, ſubductis quotidiè calculis, quid in legem diuinam offendiſſet: ſeuerè ſecum expendere. Tum verò, quaſi qui reus ad magni Iudicis tribunal ſiſteretur, d licti ſui veniam orare; & crebrâ proin, cùm tempus monebat, exhomologeſi luſtrari quin adeo, nullum inde diem eximinm trãſire, quo ſeptem pænitentium pſalmos placando numinis non recitatet. In hanc conſuetudinem ingreſſus, ſenſit continuò, cæptis ſuis propitios Cælites adeſſe. Nam oborta animo lux, abditas cæli merces, virtutiſq; non ante viſam pulchritudinem, de-

texit.

texit. Sed oculos prima omniũ Caſtitas rapuit: cuiꝰ amore captus Antonius, id ſedulò operam dedit, vt eius cum primis potiretur. Nec neſcius tamen quos ambire in re difficili patronos oporteret, magnæ Virgini ſe etiam atque etiam commendat: & vt voti per eam damnetur, inſtituit omnes Saturni dies, in eius honorem, ieiunus tranſigere: ad hæc, preces horarias, quæ Virgini eidem ritu publico nuncupãtur, diebus ſingulis integras percurrere, Quod ille conſilium quàm piè ſanctéque concepit, tam conſtantèr annis deinceps nouem, ad vltima vitæ retinuit: neque in ea, ſciens volens vnquam fefellit.

VI. Erga Euchariſtiam amor.

ANnus ætatis duodecimus ſub-

erat,